

RAYMUNDUS TELLERÍA

DE MARIA ANNA (ANNA MARIA)  
AC DE MARIA LUISA (BARBARA) DE LIGUORI,  
SORORIBUS S. ALFONSI,  
IN MONASTERIO S. HIERONYMI MONIALIBUS

Quoniam de educatione monastica Annae Catharinae Cavalieri, matris Sancti Alfonsi, superius scripsimus (1), iuvat iterum in claustra redire, ut notitias communicemus quae Mariam Annam et Mariam Luisam, sorores sancti Doctoris et in monasterio neapolitano Sancti Hieronymi moniales, directe respiciunt. Hoc pacto fundatum prae primis micabit elogium, passim ab hagiographis atque a praedicatoribus alfonsianis prolatum, super spiritu christiano illius clarissimae familiae. Praeterea non parum haec documenta conferunt, quo melius palatii Ligorii intimitatem domesticam perscrutemur ac proinde quo rectius quaedam adiuncta educationis primogeniti Alfonsi diiudicemus. Etenim, si ex his indubiis archivorum fontibus edocemur puellulas Mariam Annam et Mariam Luisam praematura aetate in monasterium, sive educationis sive deinde vocationis gratia, sese recepisse, deducitur caeteros fratres ac praesertim S. Alfonsum adolevisse absque continua sororum familiaritate, praeter eam quae ipsi obvenit ex praesentia Mariae Theresiae, an. 1704 natae atque intra paterna limina semper (ut videtur) usque ad nuptias commorantis.

Documenta per se ipsa loquuntur nec indigent copioso commentario. Maria Anna seu Annella, vix usum rationis pertingens, exhibetur virginum claustro inhians et hunc in finem rescriptum pontificium expostulans. Factum quidem haud infrequens intra illius saeculi receptos mores. Immo, iuxta Curiae Romanae stylum tunc temporis vigentem, haec minorennium conditio omnino praeexigebat S. Sedis interventum in forma Brevis significandum, adeo ut, fere suppressa sub medium saeculum tali consuetudine, ipsam Benedictus XIV die 17 februarii an. 1745 ripristinaret « mandans ut in posterum concederentur similes facultates a S. Congregatione, addita clausula in Decreto, quod expediantur per Breve » (2).

Ingressa igitur an. 1707 monasterium vix quinquennis Brevis pontificio honorata Maria Anna ibidem permansit, donec decem annis elapsis Novitia-

(1) *Spicilegium historicum CSSR* 2(1954) 283-294.

(2) Archivum Vaticanum. S. Congr. EE. RR., Regestum Monialium 1745, 12 febr. (sine fol.)

tum an. 1717 inchoare poposcit eundemque anno sequenti professione religiosa coronavit. Interea eiusdem soror Maria Luisa seu Barbara, duobus annis natu maior, eodem educationis intuitu an. 1709 pie confunderat atque tum in novitiatu (1715), tum in professione (1716), Mariam Annam praecesserat. Utramque vero nobis imaginatione contueri licet in paternos lares ad tempus revertentem, ante quam religiosum habitum utraque susciperet. Quasnam insuper animi reactiones sive in parentibus sive in fratribus, atque speciatim in iuvene Alfonso, ipsarum visitatio et fugax domi commoratio suscitaverit, devinari quoque melius possumus quam exprimere.

Nec apprehendere nobis fas est cunctas rationes, quibus permotus Iosephus de Liguori, ad gradus militares in regia navium classi adscitus (3), filiarum in monasteria destinationem confoverit, eo praesertim quod ex his documentis eruitur, nonnullas difficultates oeconomicas in dotibus religiosarum instituendis ortas fuisse. Qui politicam illarum decadum historiam considerat, probe scit ab anno 1707 mutationes rei publicae obvenisse, quarum effectu plures familiae angustias pecuniarias subierunt. Utrum quid simile Iosepho de Liguori contigerit, definire cum certitudine nequimus. Unum indubium restat: S. Alfonsum post communis patris obitum rescripsisse an. 1745 fratri suo Herculi partem leonis in haereditatis partitione exigenti: « Avete ragione, perché avete trovato me. Se avete trovato... Suor Marianna e Suor Maria Luisa, che convennero mio padre in vita e si fecero far l'assegnamento dal giudice, non parlereste così » (4). Huius primo obtutu gravis attestationis fundamentum, ex parte saltem, diruere, si meminerimus an. 1718 Iosephum de Liguori re familiari interim adaucta vitalitum sufficiens instrumento publico constituere promississe in favorem utriusque filiae monasterio S. Hieronymi adscriptae. Utcumque se negotium habeat, plane ex documentis infra relatis erudimur duas sorores decursu temporis in meliorem statum oeconomicum abiisse, utpote quae summam 500 ducatorum sua parcimonia cumulare potuerint.

Vere quidem hoc nummario adiumento intra paupertatis leges tunc videntes indiguerunt, potissimum Soror Maria Anna, cuius valetudo non leviter labefactari coepit, et quidem tum corpore, tum mente. Quae enim aliunde ad nos de illius angoribus sat confusae pervenerant notitiae, his documentis abunde confirmantur. Vere quidem ipsa, quae vix usum rationis adepta, mundo eiusque illecebris renuntiaverat, angelus gratiae permansisse censenda est; nihilominus sic conscientiae scrupulis exagitata vixit, ut in libris etiam publici iuris factis ipsam adhuc viventem nota minus propitia inurere non vereretur ignatianus quidam scriptor (5). Directoribus Iesuitis (6) vo-

(3) Scribit Nuntius die 29 sept. 1711: « Sono stati dichiarati li capitani delle due nuove galere che ultimamente si misero in acqua, e sono il Signor D. Giuseppe di Liguoro, e Signor D. Pietro Pedraza » (Arch. Vat. Napoli, vol. 144, f. 641 v°). Eodem anno apud regiam administrationem adnotatur: « A 18 luglio. Al capitano D. Giuseppe de Liguoro, che lo è della galera Padrona, in conto de' suoi alcanzi: 200 [ducatus]. - A 12 ottobre. Al capitano D. Giuseppe de Liguoro in conto de' suoi alcanzi: 100 » (Archivum Status - Neapoli. Cedole di R. Tesoreria, Cassa Militare vol. 537, anno 1711).

(4) *Lettere di S. ALFONSO I*, Roma 1887, 113.

(5) « La Signora D. Maria Anna di Liguoro, monaca nel chiostro di S. Girolamo, prima di appressarsi alla comunione per tal modo pativa di scrupoli che costretta era o a lasciare di comunicarsi, o a comunicarsi con grande perturbamento » (S. SANTAGATA SI., *La vita del P. Giambattista Cacciottoli, Missionario della Compagnia di Gesù*, Napoli 1751, 111).

(6) *Exercitia spiritualia ibidem praedicarunt triennio 1750-1752 Patres Ianuarius d'An-*

cem suam adiunxit sanctus sororis frater Alfonsus, qui in suis ad Neapolim excursibus non praetermisit sororis angustias lenire eamque ad confessarium obedientiam allicere, praesagens — uti refert P. Tannoia — in pesum iri illius rationis capacitatem (7). Nunc vero, si mentis obumbrationem completam asserere non audemus, absque dubio sat gravem fuisse denuntiat vigilans cura, cui longos annos subiecta mansit.

Ceterum S. Hieronymi monasterium, vulgo « S. Girolamo delle Monache » dictum, ab anno 1434 in metropoli neapolitana sub regula S. Francisci conditum fuerat atque tum aedificii magnitudine, tum praesertim ecclesiae opibus, inter urbis « paradisos » monasticos recensebatur (8). Attamen in secunda huius saeculi parte comparuit vocationum crisis, quae deinceps gravior fieri perrexit, si fidem adstruimus Abbatissae Mariae Gabrielis Borgia primis an. 1767 declaranti ibidem degere: « Coristę diciannove e tra queste alcune inferme e tre inabili del tutto, e quattro solamente abili ad adempire a dovere l'ufficiatura del coro ». Quam ob rem, praevidentes vocationum inopiam in peius abituram ob impossibilitatem qua novitiae detinebantur afferendae dotis 1500 ducatorum, Sanctam Sedem supplicarunt, ut duas novitias absque dote suscipere fas esset « sul riflesso di aver detto monastero circa docati 7000 di rendita ». Licentiam a Sacra Congregatione die 13 martii concessam, ratam habuit die 17 maii eiusdem anni R. mus Philippus Sanseverino, Vicarius generalis et S. Alfonsi amicus, ac demum executivam declaravit die 6 aprilis Regia Camera S. Clarae (9).

Paucos post menses, die nempe 16 iulii, S. Alfonsus periculis Instituti nostri compulsus, ex Argentio [Arienzo] Neapolim se transtulit ac oblatam nactus opportunitatem monasterium S. Hieronymi invisit, satagens postremis vitae suae colloquiis ad Deum corda sororum efferre. Quandonam vero istae in caelum evolaverint, definire nequimus nec usque in praesens documenta mortis invenimus.

## I

### DOCUMENTA SUPER MARIA ANNA (ANNA MARIA) DE LIGUORI

In communi documentorum fascio, ad dorsum, legitur inscriptio generalis: « Educazione della Signora D. Anna seu Annella Liguoro, vigore Brevis Apostolici stante eius minori aetate ».

1. - Acceptatio puerulae Annae Mariae in monasterio.

Si fa fede da noi Abbadessa, Vicaria e Discrete del Venera-

cona, Xaverius Sant'Agata, et Matthaeus Stinga seu Stinja (Arch. Status - Neapolí. Monasteri Soppressi vol. 2511: S. Girolamo alle Monache f. 83).

(7) « A sua sorella D. Marianna Liguori nel monistero di S. Girolamo, perché caparvia non soggettavasi al proprio direttore, *Voi pazza morirete*, le disse; e pazza morì » ([A. Tannoia], *Della Vita ed Istituto del Ven. SD. Alfonso M. Liguori II*, Napoli 1800, 204).

(8) « Oggi detta chiesa è ridotta in una forma assai nobile, adornata a paragone di qualsivoglia altra delle monache di Napoli, le quali universalmente han fatto delle loro chiese tanti terrestri paradisi » (P. SARNELLI, *Nuova guida di Napoli*, Napoli 1781, 121).

(9) Archivum Curiae - Napoli. Sectio Monialium, S. Girolamo alle Monache. - Omnia documenta mox relata hic servantur.

bile Monastero di S. Gerolamo, come radunate a suono di campanello, secondo si costuma con voti secreti havemo accettata per Edocanda nel nostro monastero dalla maggior parte delle monache la Signora D. Anna seu Annella de Liguoro, figlia legittima e naturale del Signor D. Giuseppe de Liguoro e Signora D. Anna Cavaliere, ed in fede di ciò ne facciamo la presente, sottoscritta di nostra propria mano e sugellata dal nostro solito suggello.

Sr. Maria Geronima Scaglione, Abbadessa di S. Geronimo.

*Sequuntur aliae undecim subscriptiones monialium. Adest sigillum.*

In folio separato affertur, at non transcribitur integra, fides D. Iosephi de Liguori: « Fede di credito per il Banco del Popolo di docati trenta in testa di D. Giuseppe di Liguoro in data 20 settembre 1707 ».

2. - Fides baptismi puellulae educandae Annae Mariae de Liguori.

Io sottoscritto, paroco della Venerabile Chiesa parrocchiale di N. Signora Santa Maria delle Vergini di Napoli, fo fede come nel Libro XI del Registro di Battezzati fol. 214, che si conservano nella sopradetta parrocchiale, sta registrato il seguente, hoc modo videlicet: A dì 2 di dicembre 1702 mille settecento e due di sabato. Anna Maria Madalena Jacoba Ursola de Liguoro, figlia di D. Giuseppe de Liguoro e della Signora D. Anna Cavaliere coniugi, fu battezzata per D. Giuseppe Crespino coaiutore, e fù tenuta da Andriana Coppola. Nata a 28 di novembre. Ed in fede. Napoli, 5 ottobre 1707.

D. Nicola Grillo Paroco

*Adest sigillum*

3. - Breve Pontificium in charta pergamena transcriptum, quo Archiepiscopo Neapolitano Em.mo Pignatelli committitur, ut suetis conditionibus Annae Mariae facultatem largiatur monasterium ingrediendi.

#### CLEMENS XI

Venerabilis frater noster, seu dilecte fili salutem et Apostolicam benedictionem.

Exponi Nobis nuper fecit dilecta in Christo filia Annella de Liguoro, Puella neapolitana seu alterius civitatis vel dioecesis, quod ipsa quae (ut asserit) in quinto suae aetatis anno instituta existit, quo melius honori suo consultum sit et bonis moribus facilius imbuatur, in monasterium monialium Sancti Hieronymi civitatis neapolitanae educationis causa recipi et admitti summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut opportu-

nam ad hoc licentiam concedere benignitate Apostolica dignamur. Nos igitur ejusdem Annellae votis in praemissis, quantum in Domino possumus, benigne annuere illamque specialiter et gratis prosequi volentes hisce supplicationibus inclinati, fraternitati tuae, frater noster Archiepiscopo, seu discretioni tuae, fili Vicarie, per praesentes committimus et mandamus, quatenus eidem Annellae praedictum monasterium educationis causa, etiamsi numerus Puellarum in eo educandarum sit completus, dummodo illud Puellas ex eadem causa recipere soleat et illas actu retineat, ingrediendi ibique donec nubere aut habitum monachalem suscipere voluerit, degendi licentiam auctoritate Nostra Apostolica arbitrio tuo concedas, his videlicet legibus, quod in primis et ante omnia dilectae in Christo filiae Abbatissa seu Priorissa et Moniales dicti monasterii capitulariter secretisque suffragiis illam recipere sint contentae, ipsaque Annella monasterium hoc ingrediatur sola et absque ullo famulatu, sitque vera narrata illius aetas, ac expleto vigesimo quinto suae aetatis anno e monasterio praedicto egrediat, habitu cultuque utatur modesto absque iocalibus, auro sive serico, locutorii et clausurae leges observet et quidquid pro ejus sumptibus monasterio praedicto pro illa elargiendum erit, in principio cujusque semestris elargiatur, et in loco pro Puellis ibidem educandis destinato sit cellula pro ea vacua et a nemine occupata, et si semel a dicto monasterio exiverit, in illud amplius absque nova hujus Sanctae Sedis licentia reverti non possit, nisi inibi habitum monachalem suscipere voluerit, ut praecipitur [?]. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, dictique Monasterii etiam juramento, confirmatione Apostolica, nec quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die prima octobris MDCCVII, Pontificatus Nostri Anno Septimo.

C[*ardinalis*] Oliverus

*Ad dorsum*: Venerabili Fratri nostro Archiepiscopo Neapolitano, seu dilecto ejus Vicario in specialibus Generali.

4. - Executio Brevis Apostolici a Vicario generali neapolitano subsignata.

Septimius Palutius U.I.D. Protonotarius Apostolicus, Em.mi et R.mi Dom. Francisci tit. Sanctorum Marcellini et Petri S.R.E. Presbyt. Card. Pignatelli, Archiepiscopi Neapolitani, in speciali-

bus et temporalibus Vicarius Generalis et ad infrascripta exequutor Apostolicus.

Viso Brevis Apostolico in favorem D. Annae seu Annellae de Liguoro neapolitanae sub datum Romae..., visa fide baptismatis ejusdem Oratricis, ex qua apparet ipsam in quinto suae aetatis anno existere..., visa apoca Banci S. Mariae del Populo ducatorum triginta pro semestri anticipato alimentorum praestandorum eidem D. Annae..., auctoritate Apostolica Nobis, ut supra, tributa et qua fungimur... dicimus, decernimus et declaramus... supra dictae Annae seu Annellae de Liguoro fore et esse dispensandum supra praedicta ejus minori aetate; et proinde fore et esse pariter impetrandam licentiam ingrediendi supra dictum monasterium S. Hieronymi sub titulo educationis tantum, sub his tamen legibus et conditionibus et non aliter: quod ingrediatur sola et absque famulatu, habitu utatur honesto, absque jocalibus, auro vel serico, collocatorii et clausurae leges observet, et in eo loco educationis pro Puellis destinato sit pro ea cellula vacua, a nemine occupata; et si semel a dicto monasterio exierit, amplius in illud absque nova licentia S. Sedis reverti non possit, nisi in eo habitum regularem suscipere voluerit. Et ita dicimus, decernimus, declaramus, dispensamus, facultatem petitam ingrediendi concedimus et impartimus vigore supra dicti Brevis Apostolici.

Datum Neapoli, ex Palatio Archiepiscopali, die 12 m. octobris 1707.

Septimius Palutius, Vicarius Generalis, Executor Apostolicus

5. - Transacto educationis decennio, Anna Maria in animum induxit virginitatem suam Deo consecrare ac proinde petitionem de hac re monialibus porrexit, quae post festum Assumptionis an. 1717 acceptationem ad novitiatum ratam habuerunt.

Si fa piena et indubitata fede da noi sottoscritte Abbadessa, Vicaria e Monache discrete del Venerabile Monastero di S. Geronimo di questa città, anco con giuramento se sia necessario, come capitolarmente congregate essa Abbadessa e Monache tutte di esso monastero e radunate a suono di campanello, con voti secreti come si costuma, è stata accettata dalla maggior parte delle Signore Monache la Signora D. Anna Maria de Liguoro, figlia legittima e naturale del Signor D. Giuseppe di Liguoro con il pagamento della limosina dotale di docati mille solamente in virtù della facoltà conceduta a detto nostro monastero dalla Sacra Congregazione de Vescovi e Regolari con rescritto esecutoriato con sentenza della Rev. da

Curia Arcivescovile di Napoli. Et in nostre proprie mani e suggellata con suggello solito del medesimo nostro monastero.

Napoli, 31 agosto 1717.

Suor Maria Felice di Costanzo,  
Abbadessa di S. Girolamo fo fede ut supra.  
Suor Maria Pisanelli, Vicaria

*Sequuntur aliae quinque subscriptiones. Adest sigillum.*

6. - Post acceptationem monialium Anna Maria reliquit absque dubio monasterium et quasdam hebdomadas apud familiam suam transegit. Eodem tempore sacramento confirmationis munita est ac voluntatem suam novitiatum inchoandi Vicario monialium archiepiscopali ex officio coram declaravit, prout sequentia documenta confirmant.

Si fa fede per me, Maestro delle Sacre Cerimonie della Cathedrale di Napoli, d'haver perquisiti i libri de Confirmati e ritrovata la seguente particola: A 24 di novembre 1717 D. Anna M. de Liguoro, figlia del Signor D. Giuseppe e della Signora D. Anna Cavalieri coniugi, la commare D. Antonia di Liguoro, li è stato conferito il sacramento della Confermazione dall' Ill.mo Mgr. Trapani, Vescovo d'Ischia, con licenza dell' Em.mo e R.mo Signor Card. Pignatelli, Arcivescovo. Et in fede ho fatto la presente di mia propria mano e suggellata col proprio suggello. Napoli, li 26 novembre 1717.

D. Giuseppe di Stefano

*Adest sigillum.*

7. - Praecedenti confirmationis attestationi adnectebatur nova de baptismo fides, die 15 novembris an. 1717 a parochio Nicola Grillo subsignata, a cuius transcriptione abstinemus, quoniam eadem est ac illa supra (Doc. 2) relata. His duobus documentis sociatur tertium super vocationis Annae Mariae exploratione a Vicario monialium confecta.

Die 20 novembris an. 1717. Neapoli, in ecclesia cathedrali coram Ill.mo, et R.mo canonico D. Pietro Casimiro de Duce, Vicario Monialium, meque can. D. Januario Sanctorio, Actorum Magistro. La Signora D. Anna Maria di Liguoro alle molte domande fattele ha risposto in questo modo: Io sono venuta alla presenza di V.S. Ill.ma, per dirle, come per farmi Sposa di N.S. Giesù Cristo di mia libera e spontanea volontà, mi voglio far monaca nel Monastero di S. Girolamo di questa città, e per pigliar l'abito di monaca corista novizia, mi contento di farmi tagliar i capelli con tutte le cerimonie solite per il noviziato, e come novizia osservare ubidienza, povertà e castità e la regola di S. Francesco. Voglio anche osservare la riforma fatta per ordine della felice memoria di PP. Clemen-

te VIII, e quanto si osserva in detto monastero; et acciò io mi faccia monaca, da niuna persona sono stata forzata ne violentata, et al presente sono di anni 15.

D. Anna Maria de Liguoro

D. Pietro Casimiro de Duce per il Signor Vicario Generale  
Can. D. Gennaro Santoro, Actorum Magister

8. - Anno tyrocinii elapso, Maria Anna ad professionem religiosam admissa fuit ex monialium suffragio.

Si fa fede da noi Abbadessa, Vicaria e Discrete del Venerabile Monastero di S. Girolamo di questa città di Napoli, come radunate a suono di campanello, con voti secreti secondo si costuma, abbiamo accettata dalla maggior parte delle Signore Monache per monaca professa la Signora Suor Maria Anna de Liguoro, figlia legittima e naturale del Signor D. Giuseppe de Liguoro e Signora D. Anna Cavaliero. Ed in fede di ciò abbiamo fatta la presente, sottoscritta di nostra propria mano e suggellata col nostro solito suggello. Oggi 27 novembre 1718.

Suor Maria Carmela Brancaccio, Abbadessa di S. Girolamo  
Suor Maria Carmela Imperato, Vicaria.

*Sequuntur sex aliae subscriptiones. Adest sigillum.*

9. - Exploratio voluntatis Mariae Annae ante professionem.

Die prima decembris 1718. Neapoli in Venerabili Monasterio Monialium S. Hieronymi coram Ill.mo et R.mo Dom. canonico D. Petro Casimiro de Duce, Vicario Monialium, meque canonico D. Ianuario Sanctorio, Actorum Magistro. La signora Suor Maria Anna di Liguoro alle molte domande fattele ha risposto in questo modo: Io ho procurato la venuta di V.S. Ill.ma in questo monastero per dirle, come havendo compito il tempo del mio noviziato e probatione, voglio fare la mia professione espressa e solenne in questo monastero e voglio con voti solenni promettere di osservare ubidienza, povertà, castità, clausura perpetua e la regola di S. Francesco, la quale si osserva dalle monache di questo monastero, e sono di quella bene informata, come dell'importanza de' voti sudetti, che mi confido di osservare colla grazia di Dio. Voglio anche osservare la riforma fatta per ordine della fel. mem. di PP. Clemente VIII, e quanto si osserva in questo monastero; et affinché io faccia la professione sudetta, da niuna persona sono stata forza-



ta, minacciata ne violentata, et al presente sono di anni... [*deest numerus*].

Suor Maria Anna de Liguoro  
D. Pietro Casimiro de Duce, per il Vicario Generale.  
Canonico Gennaro Santoro

Ad dorsum huius documenti exscribuntur acta vestitionis et professionis Mariae Annae hoc modo:

Die 27 mensis novembris 1717 Neapoli in ecclesia supra dicti monasterii Ill.mus et R.mus Dom. canonicus Petrus Casimirus de Duce Missam solemnem celebravit, et supra dicta D. Anna Maria de Liguoro induta fuit habitu religionis eique incisi capilli cum omnibus solemnibus et caeremoniis solitis, praesentibus RR.D. Thoma Balestrerio, magistro caeremoniarum, D. Matthia Ciccarelli et aliis. Et in fidem.

Canonicus D. Ianuarius Sanctorius, Actorum Magister.  
Vocatur Sor. Maria Anna de Liguoro.

Die prima mensis decembris 1718, Neapoli in ecclesia supra dicti Venerabilis Monasterii Ill.mus et R.mus canonicus D. Petrus Casimirus de Duce Missam solemnem celebravit et supra dicta Sor. Maria Anna de Liguoro emisit suam professionem expressam et solemnem in manibus supra dicti Dom. Vicarii Generalis Monialium cum omnibus solemnibus et caeremoniis solitis, praesentibus RR.D. Thoma Balestrerio, D. Matthia Ciccarelli et aliis. Et in fidem

Canonicus D. Ianuarius Sanctorius, Actorum Magister

10. - Inter moniales per professionem adscita, Maria Anna cito processisse videtur regia via sanctae crucis, corporis et animae doloribus signata. Huius calvarii vestigium comperimus in sequenti documento, ab illa propria manu exarato, atque ad Cardinalem Archiepiscopum neapolitanum transmisso.

Eminentissimo Signore

Suore [*sic*] Marianna de Liguoro, Monica professa nel Venerabile Monastero di Geronimo, umilissima serva dell'Eminenza Sua, li rappresenta come ritrovandosi frequentemente inferma con piaghe interne ed incapace d'alzarsi da letto che [*non*] può calare a grata per confessarsi e desiderosa di confessarsi al suo solito Padre spirituale, che è il Rev. Padre Giunno [*sic*] del Seminario de Nobili. Perciò supplica l'Eminenza Sua dare licenza, possa il sudetto Padre entrare per due volte in detto suo monastero a do-

verla confessare, conforme benignamente l'ha soluto concedere altra volta e lo ricevrà per grazia particolare.

Humilissima serva di Vostra Eminenza  
Suore Marianna de Liguoro

*Adia manus* : Per due altre volte, e non più in appresso. 5 agosto 1741 spedita.

*Ad dorsum* : 5 agosto 1741. Il sig. canonico Mormile ne parli.  
Rev. Suore Marianna de Liguoro.

11. - Corporis et animae cruciatus, aliunde etiam in libris editis tunc temporis nobis noti, nedum minuere, graviores cum annis effecti sunt, sicuti ex eodem archivio docemur.

Si fa fede da noi sottoscritte Badessa e Discrete del Venerabile Monistero di S. Geronimo di questa città di Napoli, come capitolarmente congregate le RR. Signore Moniche vocali di questo monistero, dalla maggior parte delle medesime con voti secreti è stata accettata Caterina Carrato, a poter entrare e per mesi dimorare dentro questo monistero per servire la Signora Suor Marianna di Liguoro, la quale ha bisogno di particolar assistenza per la sua infermità. Ed in fede abbiamo fatta la presente, di nostra propria mano sottoscritta e suggellata col suggello del monistero.

Napoli, dal monistero di S. Geronimo. Settembre 1766.

Suor Maria Gabriele Borgia, Badessa.  
Suor Maria Candida Brancaccio, Vicaria.  
Suor Maria Luisa de Liguoro, Discreta

*Sequuntur aliae tres subscriptiones. Adnectitur fides baptismi servae Catharinae.*

*Ad dorsum* : S. Girolamo, 1766. Licenza per Caterina Carrato ad assistere la Signora Suor Marianna de Liguoro.

12. - Valetudo Mariae Annae nullo modo firmata est, etiam post sancti sui fratris visitationem. Quapropter adest aliud documentum praecedenti simile, quo die 28 iunii an. 1769 servae Catharinae, propter defectum aëris aegrotanti, substituitur serva Margarita Faldarino, quoniam « la Signora Marianna di Livorno [*sic*] ha di bisogno di particolare assistenza per la sua infermità ». Subscribunt documentum abbatissa Maria Catharina Guevara et quinque moniales, inter quas Maria Luisa de Liguoro. Adest etiam fides baptismi servae Margaritae.

## II

## DOCUMENTA SUPER MARIA LUISA (BARBARA) DE LIGUORI

1. - Acceptatio puellae Barbarae ad eiusdem educationem.

Si fa fede da noi Abbadessa e Discrete del Venerabile Monastero di S. Geronimo di questa Città di Napoli, come radunate a suono di campanello, secondo si costuma, con voti secreti habiamo accettata per Edocanda dalla maggior parte delle Signore monache la Signora D. Barbara de Liguoro, figlia legittima e naturale del Signor D. Giuseppe e Signora D. Anna Cavaliero, ed in fede facciamo la presente, sottoscritta di nostra propria mano e suggellata col nostro solito suggello.

Suor Maria Pisanelli, Abbadessa di S. Girolamo  
Suor Benedetta Maria de Angelis, Vicaria

*Sequuntur aliae quinque subscriptiones. Adest sigillum.*

Deest annus, qui tamen subintelligitur ex adnotatione in dorso fascii:  
« S. Girolamo 1709. Educazione della Signora D. Barbara de Liguoro ».

2. - Fides baptismi puellae educandae Barbarae de Liguori.

Io sottoscritto paroco della Venerabile Chiesa parrocchiale di N. Signora Santa Maria delle Vergini di Napoli, fo fede come nel Libro XI de Battesimi f. 179, che si conservano nella supradetta Parochia, sta registrato il seguente: A dì 26 febraro 1700 millesettecento di venerdì. Barbara de Liguoro, figlia del Signor D. Giuseppe de Liguoro e della Signora D. Anna Catarina Cavalieri coniugi, fu battezzata per D. Giuseppe Crespino coaiutore e fu tenuta da Andreana Coppola. Nata a' 25 di detto, prima nata. Ed in fede. Napoli, 9 di settembre 1709.

Nicola Grillo Paroco

*Adest sigillum.*

3. - Instrumentum, quo Mons (*Banco*) Misericordiae sese obligat ad sumptus educationis preferendos.

Fo fede io sottoscritto Segretario del Monte della Misericordia di questa città fedelissima, come sotto li 7 del corrente mese di settembre si è dall' Ill. mi Signori Governatori del sudetto Monte uniformemente con voti secreti conchiuso di conferirsi la piazza di educanda in monasterio claustrale alla Signora D. Barbara di Liguoro, figlia del Signor D. Giuseppe, la quale desidera chiudersi nel Venerabile Monastero di S. Geronimo di questa città, e se li

è assegnato per tal effetto l'annuo vitalizio di docati cinquanta, pagabili per semestre, nel mentre durerà la sudetta piazza giusta le conclusioni del sudetto Monte, alle quali mi riferisco (10). Et in fede... Napoli, li 11 settembre 1709.

D. Gaetano Agese

*Adest sigillum.*

His documentis adnectitur licentia typis impressa iuxta formulam consuetam, qua Sacra Cong. Ep. et Reg. cum approbatione Em.mi Card. Carpineo eiusdem Praefecti concedit Archiepiscopo neapolitano vel eiusdem Generali Vicario facultatem « per ricevere nel monastero di S. Girolamo l'honestà zitella Barbara di Liguoro. Datum Romae, die nona augusti 1709 ». Et enim, quoniam novem aetatis annos gerebat, non indiguit Brevi pontificio — sicuti soror minor — ut monasterium ingrederetur; in ipso tamen prius quam soror ad vitam religiosam capessendam sese accinxit.

4. - Acceptatio in Novitiatum post sexennium educationis.

Si fa fede da me Abbadessa, Vicaria e Discrete del Venerabile Monastero di S. Girolamo delle Monache, come radunate a suon di campanello, come si costuma abbiamo accettata con voti segreti dalla maggior parte per monica novitia la Signora D. Barbara di Liguoro, figlia legittima e naturale del Signor D. Giuseppe di Liguoro e Signora D. Anna Cavaliero. Et in fede della verità abbiamo fatta la presente, sottoscritta di nostra propria mano e suggellata col nostro solito suggello. S. Girolamo, li 16 febbraio 1715.

Suor Maria Felice di Costanzo, Abbadessa di S. Girolamo  
Suor Maria Pisanelli, Vicaria

*Sequuntur aliae quinque subscriptiones. Adest sigillum.*

5. - Fides confirmationis, in qua animadvertimus praesentiam principissae « di Presicce », tunc temporis cum familia Ligorii necessitudine intima ligatae (11).

Si fa fede come per me sottoscritto, Maestro delle Sacre Cerimonie della Cattedrale di questa città, come havendo perquisito i libri de' confirmati, ho ritrovato la seguente partita: A 19 febbraio 1715 Signora D. Barbara di Liguoro, figlia del Signor D. Giuseppe e della Signora Anna Cavalieri, la commadre la Signora D.

(10) Nondum inveni in ponderosis voluminibus praefati Montis seu Banchi vestigia harum transactionum. Animadvertendum est huiusmodi societates nummarias fuisse ab initio congregationes seu associationes religiosas, quorum membra iura acquirebant exigendi dotes pro filiarum nuptiis vel pro earundem vocatione religiosa (maritaggi e monacaggi).

(11) Novum est indicium voluntatis, quam tunc temporis parentes fovebant copulandi per matrimonium primogenitum Alfonso cum una ex filiis principis Presicce.

Virginia Raetano, Principessa di Presicci [*sic*], li è stato conferito il sacramento della Confermazione dall'Ill.mo Mgr. Trapani, Vescovo d'Ischia, con licenza dell'Em.mo e R.mo Signor Cardinal Pignatelli, Arcivescovo. Et in fede ho sottoscritta la presente di mia propria mano e sigillata col proprio segello. Napoli, li 4 di marzo 1715.

D. Giuseppe di Stefano, Maestro di Cerimonie

6. - Interea, quoniam (uti videtur) sumptus ad dotem necessarios familia sustinere nequibat, excepit novitia largitionem quam ex caritate illi porrexit alia eiusdem monasterii monialis, prout constat ex duobus notariis instrumentis, quorum partem dumtaxat essentialem referimus.

Fo fede io sottoscritto notaio, che a 13 febbraio 1715... avanti le grate di ferro del parlatorio del Venerabile Monastero di S. Geronimo, la Molto Rev. Signora Suor Benedetta M. de Angelis... coll'assenso della Molto Rev. Suor Maria Felice di Costanzo, abbadessa ...ebbe asserito qualimente a 31 dicembre 1711 il Signor D. Francesco M. di Costanzo si costituì debitore di docati 3.000 di capitale e suoi annui docati 135 a ragione del quatro e mezzo per cento...; della quale somma... hanno spettato ad essa Suor Benedetta Maria docati mille di capitale e per essi annui docati 45. Soggiungendo essa Benedetta in essa assertiva come avendo deliberato la Signora D. Barbara di Liguoro, vergine in capillis, figlia del Signor D. Giuseppe, educanda in detto monastero, ricevere il sagro abito in detto monastero né avendo di sua casa modo di fare la spesa necessaria per la sua dote seu limosina dotale importante docati 1500, se non soli docati 500 promessili dalli Signori Governatori del Monte de Poveri vergognosi, con loro Albarano, essa la sudetta Suor Benedetta Maria ha stabilito col consenso di detta Signora Abbadessa e Monache assignare e cedere al detto Monastero detti docati mille di capitale e per essi docati 45 della detta maggior somma debita dal Padre D. Francesco M. di Costanzo, acquistati con proprio denaro di essa Suor Benedetta Maria, quali cedano per saldo della dote seu limosina dotale di detta Signora D. Barbara, a ciò stante l'assenso apostolico impetrato dalla S. Congregazione, che si conserva con l'infrascritto istromento... Decorrendi detti annui docati 45 a beneficio del detto Monastero dal dì che detta Signora D. Barbara riceverà il santo abito in detto monastero in avanti inclusive. Dichiarando che per gli altri docati 500, saldo della dote seu limosina dotale di detta Signora D. Barbara, si è consignato al detto Monastero Albarano delli Si-

gnori Governatori del Monte de Poveri vergognosi di questa città, quali hanno promesso pagare detti docati 500 al detto Monastero a tempo avrà fatto ivi la sua solenne Professione. Di modo che durante il noviziato detti docati 45 cedano in luogo dell'alimentazione di detta D. Barbara, e dal dì della di lei professione in avanti si acquistino e passino essi annui docati 45 e loro capitale di docati mille in pieno dominio, possessivo, percezione del detto monastero ... con averli concesso ... con espressa condizione che in caso forse detta Signora D. Barbara non facesse la sua solenne Professione in detto monastero, o perché se ne uscisse dal detto monastero, o per morte (il che Dio non permetta), in ciascuno di detti casi il detto assegnamento resti casso, irrito e nullo e come si giamai fatto si fosse, e li detti annui docati 45 e il loro capitale di docati mille restino a beneficio di essa Suor Benedetta Maria di Costanzo, sicome al presente li possiede, come ampiamente appare dall'istromento da me rogato, al quale mi riferisco.

Io notaio Gregorio Serviello di Napoli ho signato richiesto.

*Ad dorsum*: Assignamento fatto al monastero di S. Geronimo delli docati mille, e suoi annui docati 45 debiti dal Signor D. Francesco Maria di Costanzo per la dote della Signora D. Barbara de Liguoro. 16 febbraio 1715.

7. - Huius largitionis ope viam sibi ad Novitiatum apertam invenit puella, quae iuxta morem in domum paternam paucas hebdomadas rediit atque canonicam de vocatione explorationem subiit.

Die 25 mensis martij 1715. Neapoli in Ecclesia Cathedrali coram Ill.mo et R.mo Cimiliarca (12) D. Aloysio Capycio [*Capuce*] Galeota, Vicario Monialium, meque canonico Sanctorio, Actorum Magistro. La Signora D. Barbara di Liguoro alle molte domande fattele ha risposto in questo modo: Io son venuta alla presenza di V.S. Ill.ma per dirle, come per farmi Sposa di Nostro Signor Giesù Cristo di mia libera e spontanea volontà, mi voglio far monaca nel Venerabile Monastero di S. Girolamo di questa città, e pigliare abito di monaca corista novizia; mi contento di farmi tagliar li capelli con tutte le cerimonie solite, far il noviziato e come novizia osservare ubidienza, povertà e castità e la regola di S. Francesco, la quale si osserva dalle monache del detto monastero. Voglio anche osservare la riforma fatta per ordine della fe-

(12) Cimiliarca nuncupabatur « dignitas » potissima capituli cathedralis.

lice memoria di PP. Clemente VIII, e quanto si osserva nel detto monastero; et acciò io mi faccia monaca, da niuna persona sono stata forzata, minacciata ne violentata, et al presente sono di anni... [*deest numerus*].

Barbara di Liguoro

Cimiliarca Luigi C[*apece*] Galeota, V[*icarius*] Monialium  
Canonico D. Gennaro Santoro, Actorum Magister

8. - Certo certius in actu vestitionis aut post vestitionem novitia proprium nomen in aliud commutavit, nempe in Mariam Luisam, quo deinceps nuncupatur, etiam ante professionem.

Si fa fede da noi Abbadessa, Vicaria e Discrete del Venerabile Monastero di Geronimo di questa città di Napoli, come radunate a suoni di campanello, come si costuma havemo accettato la Signora Suor Maria Luisa de Liguoro, figlia legittima e naturale del Signor D. Peppo de Liguoro e Signora D. Anna Cavaliero. Ed in fede di ciò facciamo la presente, sottoscritta di nostra propria mano e suggellata col nostro solito suggello. Li 5 aprile 1716.

Suor Maria Felice di Costanzo, Abbadessa  
Suor Maria Pisanelli, Vicaria

*Sequuntur aliae cinque subscriptiones. Adest sigillum.*

9. - Exploratio voluntatis ante professionem.

Die 17 mensis aprilis 1716. Neapoli in Venerabili Monasterio Monialium S. Hieronymi coram Ill.mo et R.mo Cimiliarca D. Aloysio Capytio [*Capece*] Galeota, Vicario Monialium meque canonico D. Ianuario Sanctorio, Actorum Magistro. La R. Suor Maria Luisa di Liguoro, nel secolo Donna Barbara, alle molte domande fattele ha risposto in questo modo: Io ho procurato la venuta di V.S. Ill.ma in questo monastero per dirle, come havendo compito il tempo del mio noviziato e probatione, e per haver portato sempre, sicome porto al presente, l'abito di monaca corista novizia, voglio fare la mia professione espressa e solenne in esso, e voglio con voti solenni promettere di osservare ubidienza, povertà, castità, clausura perpetua e la regola di S. Francesco, che si osserva dalle monache di questo monastero, e sono di quella bene informata, come della importanza de' voti sudetti, che mi confido di osservare colla grazia di Dio. Voglio anche osservare la riforma fatta dalla felice memoria di PP. Clemente VIII, e quanto si osserva in questo monastero; et acciò io faccia la professione

sudetta, da niuna persona sono stata forzata, minacciata né violentata, et al presente sono d'anni 16 compiti.

Sor Maria Luisa di Liguoro

Cimiliarca Luigi C[apece] Galeota

Canonico D. Gennaro Santoro, Actorum Magister

10. - Desiderantur alia documenta; attamen quoniam — ut supra animadvertimus — duae sorores angustiis oeconomicis circumdabantur, iuvat postremum documentum afferre quo, praeterea, palam fit amicitia inter familia Ligorii et Del Balzo (13). Documentum caret die, mense et anno et praeparatum videtur ut Archiepiscopo neapolitano vel potius Vicario monialium transmittatur.

### Ill.mo e R.mo Signore

L'Abbadessa del Venerabile Monistero di S. Girolamo di questa città supplicando espone a V.S. Ill.ma, come tenendo le Signore Suor Maria Luisa e Maria Anna de Liguoro, germane sorelle moniche professe in detto monistero, la somma di docati 500 a loro pervenuti coll'avanzo di vitalizij riservati fatto a poco poco ed anno per anno, anno stabilito i medesimi impiegare in compra di annue entrate colli Signori Barone di Presenzano D. Domenico del Balzo e D. Giacinto del Balzo, fratelli, alla ragione del cinque per cento, per poter quelli aumentare e poi avvalersene in caso di restituzione durante le loro vite per usi e bisogni religiosi, maggiormente negli ufficij che dovranno esercitare e perché sopra detta compra si ritrovano fatte le minute che devono stipularsi supplica per tanto V.S. Ill.ma concederli il sudetto consenso e beneplacito per poter stipular detta minuta come cosa giusta l'avrà. Ut Deus... [*Nihil amplius adiungitur*].

### APPENDIX I

Subiungimus indicem documentorum, quae in eodem archivo servantur atque respiciunt duas alias moniales sat probabiliter cum familia s. Alfonsi quadam sanguinis affinitate coniunctas. Ex eiusmodi cognominum frequentia patet insuper quomodo interdum monasteria videbantur esse domicilii familiaris ampliaciones.

A) SUOR M. SERAFINA DI COSTANZO,  
nel secolo Sig. D. Felice di Costanzo

1. - Admissio tanquam educanda an. 1711.

2. - Fides baptismi. Dicitur filia D. Nicolai di Costanzo et Lucretiae di Liguoro.

(13) Notum est Theresiam, S. Alfonsi sororem natu minorem, matrimonium contraxisse cum Domenico del Balzo (Cfr *S. Alfonso de Liguori. Contributi bio-bibliografici*, Brescia 1940, 73). In eodem S. Hieronymi monasterio morabatur novitia Agnese del Balzo (Arch. Status. L.c. f. 61 v°)



3. - Licentia Cong. Ep. et Reg. die 27 sept. an. 1711 data, ut admittatur tanquam educanda.
4. - Admissio ad novitiatum die 6 iunii an. 1712 et nomen sumit: Suor M. Serafina di Costanzo.
5. - Professio religiosa die 30 sept. an. 1713.

B) SUOR MARIA RAFFAELÈ DI LIGUORO,  
nel secolo D. Irene di Liguoro

1. - Admissio tanquam educanda an. 1713.
2. - Fides baptismi. Dicitur filia D. Vespasiani de Liguoro et D. Franciscæ d'Auria, nata die 26 oct. an. 1702.
3. - Admissio in novitiatum die 22 aprilis an. 1719. Illius pater vocatur « patritius neapolitanus ».
4. - Fides confirmationis susceptæ die 14 martii an. 1719; assistens (commare) D. Antonia de Liguoro.
5. - Acceptatio novitiæ ad professionem ex parte monialium an. 1720. Illius pater iam obiisse (« quondam ») significatur.
6. - Postulatio novitiæ ad professionem, subsignata die 16 martii an. 1720.

NB. Tribus post annis, die 12 mensis iunii an. 1723, instrumentum fit pro « elettione della Madre Priora in persona della Signora Suor Maria Ottavia di Vigliena ». Moniales numero 30 recensentur, quarum postrema est « Suor Teresa Maria de Ligorio ». Abundant cognomina hispana: Villena (duae Sorores), Vargas et Vargas Machuca (duae), Cordoba (duae), Guevara (una). Adest etiam Suor Maria Raffaele Raetano et Suor Maria Gabriela Raetano; inter educandas, ab anno 1722 Isabella Liguoro.

## APPENDIX II

Ad pleniorè intelligentiam vitæ monasterialis illa ætate Neapoli vigentis et quoniam non semel de puellis educandis verba fecimus, folium exempli instar adnectimus ex eodem Curia archivo transcriptum, quo regimen statuitur pro puella Antonia de Liguoro an. 1717 in monasterium SS. Sacramenti ingrediente. Hoc folium typis impressum a Sacra Ep. et Reg. Congregatione ad loci Ordinarium mittebatur simul cum licentia in eodem subsignata ratum habendi puellæ ingressum, dummodo conditiones ibidem præscriptæ implerentur. Ecce igitur folii conditiones:

In virtù della presente si da facoltà al Signor Card. Arcivescovo di Napoli, e suo Vicario Generale che possa ricevere nel Monastero di S. Maria Madalena de Pazzis del SS.mo Sacramento l'honesta zitella Antonia di Liguoro ad effetto di educarsi, con l'infrascritte condizioni, e non altrimenti.

*Primo*, che il detto monastero possa e sia solito tener zitelle per l'effetto sudeto, ne vi sia alcuna proibizione particolare...

*Secondo*, che vi sia luogo particolare per le Educande, comodo, distinto e separato da quello dove le monache professe et anco le novitie sogliono habitare, massime per il dormire et lavorerio, capace in modo che ciascuna possa dormir sola.

*Terzo*, che vi sia numero prefisso delle Educande conforme alla capacità del luogo, e che detto numero non possa passar la metà delle monache, non computatevi le novitie e le converse.

*Quarto*, che abbia tutti i requisiti necessari, e venga accettata dalle monache capitolarmente, e per voti secreti.

*Quinto*, che sia maggiore di sette anni e minor di venticinque, e pervenendo alli venticinque debba uscir subito, sotto pena di violata clausura da incorrersi ipso facto...

*Sesto*, che non sia sopra il numero prefisso.

*Settimo*, per essa si dia idonea sigurtà di pagare all'abbadessa pro tempore ogni semestre in denari contanti gli alimenti anticipati...

*Ottavo*, che entri sola, modestamente vestita et osservi le leggi della clausura e parlatorio, come le monache stesse.

*Nono*, che uscendo una volta non possa senza nuova licenza esser più ricevuta in quello o altro monastero, eccetto per farvisi monaca.

*Decimo*, e finalmente, che la presente sia consegnata a quelli a quali, indirizzata, e si registri negli atti della loro Cancelleria...

Datum Romae, die 15 mensis aprilis 1717.